

Basili Imperat

Parenthet

Xenophontis

Xenophonis

Dionis Apicula

Paulo de Nadi lat

Plotarchus

Vitalis et Vitalis

Synetii Opuscula

Porphyrii Opera

Heliodori Opera

Virgilius Elogia

Accommodat

Vale et Henric

Reverentia (1)

et ubi

BIBL.

DE

L'UNIVERSITÉ

MS.

1107

1107

~~E. III. 1.~~

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1107

E. III. 14.



1156414979

Tabula Vniuersam Philosophiæ parti- tionem continens.

Sequenti Tabula etsi nonnullæ scientiæ nominatim expressæ non habeantur, eas tamen facili negotio ad enumeratas quouis reducere: vt ad Metaphysicam, Theologiam: Medicinam, ad Physicam: ad moralem Philosophiam, Iurisperitiam: & reliquarum quæ omissæ sunt vnamquamque, ad eam cum qua maiorem habet cognationem.

PHILOSOPHIA
(si pro sapientia nomen hoc accipiat, nam iuxta nominis interpretationem studiū est sapientiæ) rerū humanarum atq; diuinarū appellatur cognitio.

Cuius quinque primæ ac præcipuæ sunt partes.

METAPHYSICA. Ea est rerū diuinarū cognitio naturali ratione comparata.

MATHEMATICA. Quæ cōsiderat quantitatem & continuam & discretam, animo tamen cogitationeque separatam à materia.

PHYSICA. Huius officium est res naturales quæ ex materia & forma constant, contemplari.

ETHICA. Certas quasdam leges nobis hæc præscribit, quibus honestè & secundum virtutem, hanc vitam transigamus.

LOGICA. Ad quam spectat loquendi, eloquendi, & argumentandi præcepta tradere, & ad alias disciplinas accommodare.

A

Handwritten note:
Huiusmodi qd de
matéria in se, et
effectibus, et in se
hæc sunt naturæ
nobis, hæc

TABVLA

METAPHY-
fica, etsi ens ut ens
est contempletur,
potissimum tamē
ens immortale &
incorporeum: idq;
natura duce &
absque diuini nu-
minis afflatu,
quod non facit
theologia. Huius
entis quatuor
sunt partes.

DEVS, immobilis omnino, infinitus, simplicissi-
mus, prima causa, primus motor, æternus, expers
accidentium, se cæteraque omnia sua substantia
cognoscens.

ANGELI, conditi quidem sed incorruptibiles,
cælorum motores, incorporei, ex actu & potentia
compositi, deo assistentes, quos intelligentius solent
philosophi nuncupare.

DAEMONES, auersi à deo spiritus geniti, im-
mortales, compositi, speciei cum angelis eiusdem.

MENS hominis separata, incorporea, sed nata
corpori coniungi, post quod, non ante subsistit im-
mortalis, composita.

MATHEMA-
tica inter Meta-
physicā & Physi-
cam media est: cō-
spirat enim cum
hac quod affectio-
nes in materia sen-
sibili subsistentes cō-
sideret: cū illa ve-
rò, quod eas saltē
cogitatione à ma-
teria separet. quod
citra controuersia
purè mathemati-
cæ cōceditur. spe-
cies eius sunt qua-
tuor:

ARITHMETICA, quæ quantitatē discretā
sive numerum absolutè considerat. cuius principium
est unitas, finis nullus, diuiditurque in parem &
imparem, simplicem & compositum, & alias spe-
cies quam plurimas.

MVSICA, quæ numeros sonis accommodatos,
& cum sit modulandi scientia in harmoniacam,
rythmicam, & metricam distribuitur.

GEOMETRIA versatur circa rerū magni-
tudines ut à materia sunt separatae magnitudinū
tres ponuntur species, linea, superficies, corpus,
quod est magnitudo perfectissima.

ASTRONOMIA circa magnitudinē cor-
porum cœlestium, stellarum figuras, earūque
circa se, & circa terram habitudines.

PHYSICA
nonnunquam
extenditur ad
omnes discipli-
nas contempla-
trices quas lu-
mine naturali
consequimur,
comprehendit-
que Metaphy-
sicam & Ma-
thematicam.
nunc tamen
hoc nomen ad
scientiam cor-
porum restrin-
gimus.
Quorum,

Alia,

**SIM-
plicia,**
quæ à
seipsis
non a-
liunde
motus
habent
prin-
cipiū.
hæc au-
tem
sunt,

Partim,

COELI corpora sim-
plicia, motu circula-
ri eoque; perpetuo agi-
tata, omnis affectus
corrūpentis expertia
atque æterna secun-
dum Aristotelem.

ELEMENTA
corpora simplicia se-
cundum se tota incor-
ruptibilia, per partes
corrūptibilia, recta
sursum vel deorsum
mobilia, in quæ cætera
corrūptibilia resoluū-
tur.

MIXTA,
quæ non à
seipsis mo-
uentur, sed
ad nutū ele-
menti do-
minātis. nā
nō æquali-
ter ad ipso-
rum cōsti-
tutionē o-
mnia ele-
menta cō-
mifcentur.
hæc sunt,

Aut,

PERFECTA, qua-
lia sunt naturæ con-
stātioris corpora ma-
gisque ordinatæ.

IMPERFECTA
quæ naturam incō-
stantiorem habent,
minúsque ordinatā.

TABVLA

COELI secundū
Aristot. sunt octo,
quot autem reuera
sint ponēdi nō sa-
tis constat. nos ta-
men vndecim cō-
stituemus. hi sunt,

1 EMPYREVM (quod à splendore tale nomē
accepit) omnibus supereminet prorsus immobile
sedes diuinarum intelligentiarum.

2 MOBILE primum siue decimū cœlum mo-
tu velocissimo fertur semel quotidie ab oriente
in occidentē secūq; rapit omnes orbes inferiores.

3 CRYSTALLINVM atq; aqueum dictum
est quod instar aquæ vel crystalli sit perspicuū.

4 FIRMAMENTVM infinita siderum
multitudine decoratum est motūque proprio ab
occidente versus orientem voluitur.

5 COELVM Saturni.

6 IOVIS.

7 MARTIS.

8 SOLIS.

9 VENERIS.

10 MERCVRII.

11 LVNÆ.

Qui septem cœli pla-
netarū vnicū astrum
habēt, mouēturq; mo-
tu proprio ab occidēte
in orientem sicut fir-
mamentum super po-
los zodiaci.

IGNIS calidissimus, rarissimus, leuissimus, cœ-
lum attingens nutrimento non egens maxime
perspicuus.

ELEMENTA
(vt ex qualitātū
primarum coniu-
gationibus satis li-
quet) sūt quatuor,

AER, humidissimus, levis & rarus ad aliquid,
inter ignem & aquam constitutus.

AQUA, elementū frigidissimū ad aliquid gra-
ue & densum, perspicuum circumquaq; terram
alluens, eāque totam naturaliter operiens.

TERRA, elementum siccissimum, grauissimū,
densissimum, opacum, secundum se totum immo-
bile, centrum vniuersi.

PERFE- cta mixta (quoniam multi re- clament) in triplici sunt differentia.	PLAN- ta quæ vi- tam habet, sed sensu sunt pri- uata.	ANIMALIA { Homines, Animalia vitæ sensus atq; rationis capacia, erecta facie ad cælum, animo immortalia. Bruta, Animalia rationis exper- tia, in terram prona.	
		ARBORES altius as- surgunt diuq; perdurant caudice simplici.	Zoophyta media sunt inter ani- malia &
		FRUTICES, multiplici caudice à radice attol- luntur.	plantas ac plantæ re- uera essent
		SVFFRUTICES me- dij inter herbas & fruti- ces.	nisi modò quodam ta- ctu prædita videretur.
		HERBÆ sine caudi- ce crescunt, & arescunt. hyeme.	vt spongiæ, ostrea.
MINE- ralia quæ in venis visceri- busq; ter- ræ generā- tur, vt		FOSSI- lia exhalatione adusta calido, & exiccata.	Lapides prophani vt sili- ces, saxa, marmor.
			Gemæ, & alia permulta.
		METAL- lica ex va- pore vi fri- goris conge- lato.	Aurum. Argentum. Aes. Stannum. Ferrum. Plumbum. Orichalcum.
			Horum materia propin- qua est sulphur & argē- tū viuum.

TABVLA

IGNEA quæ ignis naturam imitatur quæ sunt.	Suprema regionis æris,	Cometæ. Dracones. Lanceæ. Sydera volantia. Igneæ pyramides.
	Media,	Fulmen. Coruscatio.
	Infima, ut ignis fatuus qui crassiore constat exhalatione.	
IMPER- fecta mi- xta adhæc tria reduci possunt.	ÆREA - <i>Venti.</i>	Principales quatuor. - Subsolanus. - Zephyrus. - Boreas. - Auster.
	quæ accedunt ad ærē & exhalatione constant tantam materiam. Ut,	Minus principales sunt octo cōmuni opinione, cum Arist. septem constituere videatur.
	Typhones, Ecnephiæ	Hæc ventorum dici possunt species, modò tamen quodam à ventis distinguuntur.
AQVEA quæ naturā aquæ retinet & generatur ex vapore nūc in media nūc in infima regione æris.	Concreta quorum materia est condensata.	Nubes. Nix. Grando. Pruina.
	Resoluta quorum materia iam stillat.	Ros. Pluvia.
	Impetuosior, vulgò labro tera. Remissior atq; imber.	

PHYLOSOPHIÆ.

4

ETHICA
vel moralis
philosophia,
cuius finis in
actione non
in cognitione
tantum ut
precedētium
consistit, in
tres partes di
uiditur.

MONASTICAM, qua quis priuatim se regit
vitamque propriam bonis moribus informat.

OECONOMICAM, quæ domum familiamque
moderatur.

POLITICAM, cuius est officium ciuitates totam-
que Rempubicam administrare, & tam superiores
quàm inferiores ad beatam vitam dirigere.

LOGICA
(nomine de-
ducto à logos
pro sermone
non pro ra-
tione siue ar-
gumēto) alias
appellatur ser-
mocinalis sciē-
tia.
Eius partes.

GRAMMATICAM, emendatè
loquēdi ratio partibus hisce præ-
cipuè constans.

Orthographia.
Etymologia.
Syntaxi.
Prosœdia.

DIALECTICAM, seu diligens
argumentandi peritia partes ha-
bet,

Inuentionem, quæ
locos argumētāq;
suppeditat.
Iudiciū, quo do-
cemur illis vti.

RHETORICAM, ars apposite
dicendi ad persuadendum, suas
itidem habet partes,

Inuentionem.
Dispositionem.
Elocutionem.
Memoriam.
Pronunciationē.

TABVLA

MECHANICAE artes seorsum breuiterque descripsimus, quod vel nihil vel parū ad philosophiæ partitionē intelligendā conducerent.

MECHANICAE artes (quas inter philosophiæ partes nōnulli enumerant cum reuera non sint enumerandæ) dicuntur quæ manuum opera, corporis habitu, & agilitate, opus conficiunt, ac prodeunt in materiam exteriorē, & præparant quæ sunt corpori necessaria, decēntque stupidos homines ac natura seruos. septem earum assignantur species.



LANIFICIVM, ars præparās quæ nobis ad corpus operiendum sunt necessaria.

NEMORARIA, quæ igni subministrat alimentum vnde frigora depellamus & cibos concoquamus.

MILITARIS, quæ præbet instrumenta ad bellum gerendum, ipsaq; belli industria.

NAVICA, quæ nauigationem exercet ad piscium capturam aliāsq; cōmoditates.

AGRICVLTURA, quæ colit agros, vt inde ad vitā necessaria homines accipiant.

CHIRURGIA, ars vlcera cæteraque quibus humanum corpus læditur manuum ministerio curans.

FABRILIS, quæ ferrum, lignum, & aliam materiam præparat ad ædificia construenda, & ad alios vsus complures.

FINIS.

PARISIIS.

Ex officina Prigentij Caluarini ad geminas Cyppas, in clauso Brunello.

I S S I.